

P R A E F A T I O. XVIII

---

cessitate, nec non cum Theologia thetica et Philosophia morali nexu aequae, ac vtriusque ab illa differentia, demonstratis.

AD sanctitatem christianam, eiusque studium, et inculcandum, & facilius reddendum, redire omnia, quaecumque praecipit Theologia moralis, ex fine huius scientiae satis superque constat. Quumque adeo de illa praesertim agendum, ipsiusque natura in vberiori luce ponenda sit, ut, quae ad illius studium requirantur, consent eo completius: PRIMAM THEOLOGIAE MORALIS PARTEM arduae huic doctrinae consecrauit b. AUCTOR.

STATVM hominis moralem esse maxime corruptum, adeoque insigni opus esse eiusdem emendatione, ut ad vitae sanctitatem homo adspiret: cum experientia, tum ratio, satis superque declarant. De status

b 2

huius